Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3123

Quelle:
Copyright:

re de la benoite playe du coste nostre seigneur ihesu crist laquelle fut apourtee de constantinoble au noble empereur charlemaigne deans vne chasse dor encbassee que nulz ennemys ne luy puissent nuyre en bataille &c. et plures ejusmodi Preces praemissis rubricis *gallicis* superstitiosis, quibus boni illi Equites in certaminibus, eorumque Uxores in puerperiis innitebantur.

DCCCLXXXV.

871 Codex membraneus lat. Sec. XV. Formae omnium minimae, Folior. 221. perbelle scriptus, auro coloribusque et praeter complura Frontispicia Iconibus etiam XIV. ab artifici penicillo commendandis speciosus, *Horarium* est complectens Officium S. Crucis, et S. Spiritus, Missam et Officium B. V. Mariae, VII. Psalmos Poenitentiales, Litanias OO. SS. Officium Defunctorum, aliasque Preces ad Deum et Coelites. Praetextum est *Calendarium* marginibus festive exornatis, in quo cum ad diem 14. *Decembr. Nicbasii Ep.* nomen purpura scriptum legatur, ad Dioecesin *Rbemensem* Codiculum olim pertinuisse arbitrari licet, ad *Gallias* sane pertinuisse *Ludovicus* uterque, *Rex* videlicet et *Tolosanus* in Litaniis invocatus docet. In *fol.* praevio haec habentur. *A 13. de 7bre 1666. el Canonigo Bartbolome Rey las* (Horas) *presenta el dia de su embarcation en Barcelona a la Excellentissima Sennora Condesa de Eril Camarera major de la Cesarea Magestad de la Enperatriz guarda Dios Nuestro Sennor mi Sennora, su Capellan y Criado el Canonigo Bartbolome Rey y Senaller estas per memoria le presenta.* Sermo est de *Margarita Theresia Philippi IV. Hisp.* Regis Filia *Leopoldo* I. Imp. hoc anno in matrimonium tradita et in *Germaniam* missa.

DCCCLXXXVI.

Codex membraneus lat. gall. 962
Sec. XV. Folior. 151. 4. literis longiusculis adproximatis scriptus, literis initialibus et marginibus plurimis deauratis et picturatis, et insuper XIV. Iconibus grandioribus ornatus *Horarium* est, cui sequentia insunt: *Calendarium*, in quo miniati 22. Jan. *Vincentius martir.* 9. Maji *Translacio sancti nicholay.* 4. Jul. *Translacio sancti martini.* 16. Octob. *Michaelis in monte tumba*, videlicet Adparitionis ejus, quae contigisse dicitur circa an. 706. *Autberto* ep. *Abrincensi* in scopulo marino ob pericula *Tumba* dicto, nunc *Monte S. Michaelis* cum Coenobio Benedictino in sinu intra *Normanniam* et *Britanniam Aremor.* Succedunt Horae de Beata, Horae mixtae de Cruce, S. Spiritu, et Beata, Psalmi *Poenitentiales* cum Litaniis, in quibus nominatim adpellatur *Maurilius* ep. *Andegavensis*, et Oratio illa subjuncta: *Omnipotens sempiterne Deus*, quae hodie summo Pontifici adhibetur,

ita